Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

apostolis regula degens. cepit quod olim
multum cupierat cum fratribus habitare.
et cum eusebio cremensi nobili viro.
cuius postulacione ex greco sermone
quandam epistolam transtulit in latinum.
In quo vere sciendum. hanc matuti
nam que nunc observatur in occiduis
maxime regionibus. canonicam functi
onem monasterio primitus institutam.
Ubi perductus vir ociosus non fuisse cre
dendus est. qui tantum nobis in trans
latione divine scripture prestitit. ut ad
hebreorum fontem pene non egeamus acce
dere. quando nos facundie sue cognosci
tur multa ubertate saciasse. plurimi
libris. copiosis epistolis fecit beatos.
quibus scribere domino prestante dignatus
est. Intexta profecto studiorum suorum
opuscula a beato petro sumens exordi
um. usque in semetipsis decuriis illu
stribus scripsit. imitatus tranquillum
grecumque appollonium. ubi de se ita in
fert. Post catalogum plurimorum.
me quoque in calce voluminis quasi
abortivum et minimum omnium christianorum
posui. quo michi necesse fuit usque quartum
decimum annum theodosii principis. que
scripseram breviter annotare. Innu
meris preterea iste libris apostolorum. pro
phetarumque constructionibus editis. inmo
bilem turrim catholice ecclesie contra
perfidorum iacula consummavit. Omnes
veteris testamenti libros. ex hebreorum
scilicet codicibus in latinum convertit.
Danielem quoque prophetam chaldaico stilo
locutum. et iob iustum arabico. in roma
nam linguam utriusque auctore profecta
interpretatione mutavit. mattheum
michi omnino ex hebreo fecit esse roma
num. Z.

Epistolam quidem suam ad pauli
num ex senatore presbiterum mirificam
destinavit. docens quemadmodum scrip
turas divinas adhibita cura perlegeret.
ubi breviter virtutem uniuscuiusque libri ve
teris et novi testamenti mirabiliter indi
cavit. Mirabiliter planus. honeste doctus
ac dulcis. parata copia sermonum. ad
quamcumque partem vertit ingenium. et in ea
cuique interrogatus fuisset. paratum habet.
et competens sine aliqua dilatione responsum.
modo humilibus suaviter blanditur. modo
superborum colla constringens. modo deroga
toribus suis. vice necessaria mordaci
tate restituens. modo virginitatem pre
dicans. modo matrimonia casta defendens.
modo virtutum certamina gloriosa collau
dans. modo lapsus in clericis atque mo
nachis pravitates accusans. sed tamen
ubicumque locus se attulit gentilium
exempla dulcissima varietate per
miscuit. sed non erat hoc sue voluntatis.
sed ut ita dicam gravissime necessitatis.
ut pateret ea que a sanctis prophetis ante
secula predicta sunt. tam grecorum quam lati
norum et aliarum gencium litteris contineri.
verum totum explicans. totum exornans.
et per diversa disputacionum genera discur
sus semper et equalis incedens. Tantus
namque utriusque lingue peritia fingebatur.
ut quoscumque libros colicos in manibus
acciperet. latine sine offensione transcur
reret. iterumque latinos attico sermone
legeret. ut credas hoc esse scriptum.
quos ob eius inoffensa velocitate fu
debat. Vere dixerim catholicam hominis
istius scientiam sanam doctrinam. quacumque ne
satus loco fuisset. stabilis perstitit
fidei firmitate. Nam certissime
ignorancie et invidie morbo languentes